

56. ¶ Quinta essentia, actu nullam quali-
tatem habet elementalem.
57. ¶ Aqua vitæ Philosophorum, è lapide
Philosophorum descendit.
58. ¶ Sulphur, mediante igne, dulcorat
aquam amaram.
59. ¶ Coelum nostrum ornari debet Sole
nostro & stellis.
60. ¶ Nostra quinta essentia, variis nomi-
nibus appellatur perniciosorum & fero-
cium animalium, ut ursi, leonis, & si-
milium.
61. ¶ Aquæ coagulantes & figentes, duæ
sulphuris sunt species, Veneris & Martis
nomine designatæ.
62. ¶ Vitri nomine in ista arte sæpe sul-
phur intelligitur.
63. ¶ Differentia est inter coagulationem
quintæ essentiæ, & fixum Elixir. Operan-
tur enim diversos effectus.
64. ¶ In medicina porabili pars animalis
habetur.
65. ¶ In omni metallo singula Philoso-
phorum metalla continentur.
66. ¶ In ista arte necesse est, occultum
manifestari & manifestum occultari.
67. ¶ Cum præcipitur, corpora in aquam
esse resolvenda; intelliguntur species sul-
phuris.